

credentes mirantur. Et ita dicitur *Matth. 13. n. 54.* quod mirabatur in doctrina Christi. Et statim subditur: quod scandalizabantur in eo; & ab hac admiratione Nicodemum Dominus removet.

*Ioannis 3. n. 8.* Spiritus ubi vult, spirat: & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quod vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu.

VERSIONES.

- Syriacus.* Spiritus, quo loci vult, spirat, &c. ita est quisque genitus ex spiritu.
- Albert. Magn. ex Græco.* Ventus flat, & vocem ejus audis, &c.
- Arias.* Sed non nosti, unde veniat.
- Vatablus.* Nescis, unde veniat, & quod abeat.
- S. Optatus Mi. contra Parmenian.* Spiritus Deus est, & ubi vult spirat, & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, & quod abeat.
- D. Athanasius lib. 5. de sub. tatis.* Spiritus, ubi vult, aspirat, &c. Sic omnis, qui nascitur a Trinitate, est ex aqua, & spiritu sancto.
- Idem lib. de incarnat.* Ita quoque est omnis, qui ex spiritu genitus est.

EXPOSITIO.

**N**ICODEMUS, ut ait D. August. *tract. 12.* vocem spiritus audiebat, & nesciebat, unde veniebat ideo Dominus probat hac sententia posse hominem ex spiritu nasci, etiam si id non intelligamus. Quia spiritus, ubi vult, spirat; id est, quem vult, eligit ad Evangelicæ perfectionis fastigium; & homo vocem spiritus audit, etiam si nesciat, à quo illa vox oriatur, & ad quem gratiæ, seu beatitudinis gradum terminetur. Ac proinde sicut modus operandi Spiritus sancti nobis est ignotus, & solum supernaturaliter percipitur; ita homo regeneratus, ejusque regeneratio in gratia, solum Dei ope percipi valet. Et hic est, meo judicio, legitimus sensus. Breviter singula perstringamus.

*Spiritus, ubi vult, spirat.* Divinus Spiritus liberè operatur *1. Corinth. 12. n. 11.* Omnia operatur unus, atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult. Textus: *Et vocem ejus audis;* tripliciter, ut notat Albert. Magn. Primò in Scripturis, *Apoc. 2. n. 7.* Qui habet aurem audiendi, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Secundò auditur vox in prædicatore. *Matth. 10. n. 20.* Non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. *Actor. 6. n. 10.* Non poterant resistere sapien-

106. August.

107. 1. Cor. 12.

Alb. Magn. Apoc. 2.

Matth. 10.

Actor. 6.

tiæ, & spiritui, qui loquebatur. Tertio auditur vox in corde, ad *Galat. 4. n. 6.* Quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum suum in corda vestra clamentem: Abba Pater. *Psalm. 89. n. 9.* Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Hanc vocem spiritus audire, explicat D. Hieron. in *c. 3. 2. Ierem. Notitia Dei n. 34.* hoc est, ut mens nostra in cognitionem Dei feratur? quia, ut ait sanctus Doctor, *Notitia virtutis Dei omnium virtutum possessio est.* Aliter vero hunc locum explanat D. Gregor. lib. 27. mor. cap. 16. Vocem, inquit, spiritus audire, est vi compunctionis intima in amore invisibilis conditoris assurgere. Ille enim perfecte Dei vocem audit, qui audita exequitur.

*Sed nescis, unde veniat, aut quod valeat;* hoc est, quomodo in cor hominis intraverit, & quomodo redierit, ignoratur; quia ipse est natura invisibilis *Job. 9. num. 11.* Si veneris ad me, non videbo eum, & si abieris, non intelligam. Vel, ut explicat Albertus Magnus, quomodo hujusmodi inspiratio à consilio, ac prædefinitione Dei venerit, ad quem gradum felicitatis, seu beatitudinis ducat, non percipitur à nobis. Alter vero hanc locum enucleat D. Gregorius in lib. 1. Reg. c. 16. Spiritus quidem inquit, venit, & vadit, quia reprobos deserit, electos assumit. Textus: *Sic omnis, qui natus est ex spiritu.* Sicut enim vox Dei, quamvis audiatur, tamen ignoratur, à quo principio exeat, & ad quem terminetur: sic ignoratur omnis, qui forma invisibili formatus est *Ecl. 11. in filium Dei, cujus viæ ignotæ sunt nobis. Ecclesiasticus 11. n. 5.* Nescis opera Dei, qui est fabricator omnium.

QUESTIO XXI.

Quid nomine spiritus hic intelligatur?

**H**OC loco Patres, & authores spiritus significatum varie explicant; nam ventum hic significare, multi sunt, qui affirmant. D. Chrysostr. *homil. 25.* D. Cyrillus *lib. 2. cap. 44.* Euthym. *Theophyl. Simon Cassian. lib. 11. cap. 6.* Lyran. Favet D. Dionys. Arcopagit. *de cælesti Hierarch. cap. 15.* Inquit enim, quod Dominus, ut optimus magister, doctrinam suam exemplo, ac similitudine petita à vento explicat: Spiritus, id est, ventus, ut legit Albert. ubi vult, spirat; hoc est nullo impediante, omnes orbis partes perflat. *Ecl. 1. n. 6.* Lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos revertitur. Textus, *Vocem ejus audis;* hoc est sonitum, & sibilum ejus, Ezechiel. 3. num. 12. *Audivi post me vocem commotionis magnæ.* Textus: *Sed nescis unde veniat, aut quo valeat;* quia determinata causa, & locus, à quo ventus oriatur, & ubi terminetur, atque consistat, omnino ignoratur. *Psalm. 134. n. 8.* Qui produxit ventos de thesauris suis. Textus: *Sic omnis, qui natus est ex spiritu.* Quomodo enim venti productio penitus nescitur; & ipse, non visu sed auditu tantum agnoscitur; sic spiritualis hominis nativitas ignoratur, & non oculis, sed auditu fidei percipitur.

Secunda sententia, & hujus rei explicatio, non de vento, sed de Spiritu sancto præsentia verba interpretatur. D. Basilii *lib. 5. contr. Eunomium, cap. penult.* D. Athanasii *lib. 1. & 5.* Athanas. de

109. Chrysostr. Cyrill. Euthym. Theoph. Sim. Cass. Dion. Arcop. Alber. Mag. Ecl. 1. Ezech. 3. Psalm. 134.

110. Basil. Athanas. de

**N**azianz. Nysien. Hilari. Hieron. Ambros. August. Greg. Mag. Carthuf. Hago. Cajetan. Tollet. Albert. Mag. D. Thom. Bonavent. 111. Vera explicatio de spiritu sancto.

de unica Dei Trinitate. D. Gregor. Nazianz. orat. 5. Theolog. Divus Gregorius Nysienus orat. de sancto Baptismo. D. Hilarius lib. 2. de Trinitate. D. Hieronymus epistol. ad Hedib. quest. 9. Divus Ambrosius lib. 2. de fide, cap. 3. & lib. 3. de Spiritu sancto. cap. 1. D. Augustinus tract. 12. in Ioan. Divus Gregorius Magnus lib. 17. moral. cap. 13. D. Carthusianus: Hugo, Cajetanus, Toletus. Et hanc sententiam tenent Albertus Magnus, D. Thom. D. Bonaventura, licet oppositam indicent probabilem, Et hanc interpretationem, ut verioram secutus sum in expositione.

Et probatur primò. Quia hoc sensu Christus Dominus reddit rationem veluti superioris sententiæ dixerat enim, non esse mitandum, quod homo oporteat nasci denuo; & dat rationem; Quia spiritus, ubi vult spirat; hoc est quem vult, eligit. Secundo, quia valde rarissime in Scriptura spiritus ponitur pro vento; & Christus Dominus in hoc colloquio sæpe de spiritu verba faciens, rectiam Trinitatis personam intelligit quomodo ergo potest hic semel pro vento accipere? imò brevi admodum dictione, Spiritus ubi vult spirat; sic omnis qui natus est ex spiritu. Quo pacto igitur esse poterant verba de vento in primo loco, in secundo de Spiritu sancto? Et tam amphibologice loqui repugnat cum intentione boni magistri; qui maxime intendebat doctrinam suam in corde Nicodemii insinuare. Et hoc non erat explanare, sed potius obvelare, & valde æquivoce vocibus uti. Tertio esset valde amphibologica locutio, quia ventus non dicitur velle habere vocem, & spirare, sed potius divino Spiritui hæc conveniunt; ergo de illo loquebatur Christus Dominus.

112. Maldon. Alia explicatio de anima.

113.

Apoc. 3.

Osee. 2.

QUESTIO XXII.

Vox divini spiritus flere non potest, quin se audire faciat.

**V**OX est divini spiritus loquentis, & ex-citantis hominem ad penitentiam, & ad gratiam, *Apocal. 3. num. 20.* Ego sto ad ostium, & pulso si quis audierit vocem meam, & aperuerit januam, introibo ad illum. Et valde frequens est locutio in Scriptura. *Osee. 2. n. 14.* Propter hoc ecce ego lætabor enim, & ducam eam

in solitudinem, & loquar ad cor ejus. Unde ait Divus Augustinus *tom. 2. de sermone Domini in monte,* nullam esse animam, quamvis perversam, quæ de sua salute non possit ratiocinari, & in Augusti, cujus conscientia non loquatur Deus, *Rogandus Job. 4.* inquit S. Pater, ut aperiat aures, ne contradicamus, & aures apertis nobis, & loquatur, quia nos servi ejus audiemus, & vel quasi surdus suscipiat aures nostra venas susurri ejus, *Job. 4.*

Secundò Rupertus lib. 2. de gloria Trinitate. c. 1. ait: Verus sermo, quem dixit, & vocem ejus audis; non enim tacere potest; qui gratiam accepit ejusdem. Verè ergo vocem ejus audis; quia tacere non potest, & flere non audeat. Ibi enim prætor, qui turbam vocis largitus est, & dicit ei: Clama, ne cesses. Quia enim divino Spiritui auditori præbet, ut suis donis repleatur, minime silentij patiens est, sed in mille voces prorumpit, ut Deus in ipso inhabitans maxime sentiat, ac sui salutiferum exhalet odorem, in multisque effectibus manifestetur, ita ut à toto orbe percipi valeat.

Christus Dominus discipulis suis resurrectionis gloria circumdatus apparet; at illi conturbati, & conterriti existimabant, se spiritum videre. Quia enim divino Spiritui auditori præbet, ut suis donis repleatur, minime silentij patiens est, sed in mille voces prorumpit, ut Deus in ipso inhabitans maxime sentiat, ac sui salutiferum exhalet odorem, in multisque effectibus manifestetur, ita ut à toto orbe percipi valeat.

QUESTIO XXIII.

Quare, cum divinus spiritus det omnium rerum intelligentiam, & de eo dicatur quod nescimus, quo vadat, & quo tendat?

**V**IDETUR dubitatione maxime dignum, quomodo Christus Dominus dicat, quod dum divinus Spiritus in nostram animam venit, homo nesciat, quod vadat, & tendat; nam, ut bene

114. Rupert. Spiritus sanctus late non potest in anima in qua inhabitat.

115. Luc. 24. Actor. 2.

Guerric. Ceteris: tum corporis viventis; post gustum spiritus vivificantis virtute magna reddebant testimonium resurrectionis; Adeo plus est corde Jesum concipere, quam oculis videre; & auribus de ipso audire. Ideo meritisimè D. Isidorus per septem lucernas, quas Isidorus: Moyles fecit in tabernaculo *Exod. 37. num. 23.* septem spiritus dona intelligit, quibus Ecclesia fecundatur; nam sicut lucerna minime esse potest, quin luceat, atque resplendet; ita gratia Spiritus sancti minime abscondi valet in anima quam fecundat, quin scintillet, ac sui radios emittat.

116.



